

Quibus perspectis atque salvis, nihil sane impedit,
 ubi apparet vera utilitas, ^{quominus} ~~quia~~ iustitiam quamdam vel legalem
 vel commutativam non proprie sed latius dictam consideremus.
 Ita olim pii Iudaei quaesivisse feruntur utrum ^{Deus} secundum suam
 legem die sabbati requiescere soleret, quod sane utiliter factum
 est cum ad continuam in omnibus divinam activitatem notificandam
~~pernix~~ ~~conduxisset~~. Nec cuiquam ignotum duco scholasticos
 ipsos divinae iustitiae effectus inter se ^{utrum sint aequales,} comparare ut clarius
 atque distinctius inter divinam iustitiam divinamque misericordiam
 in singulis ~~distinguerent~~ distinguant.

~~Quam consuetudinem minime reprobare licet, cum ipsa
 ecclesia doceat satisfactionem Christi superabundantem, imo
 infinitam, fuisse.~~

Quam consuetudinem neque reprobare licet neque exaggerare.

Et plane reprobari non potest, cum ipsa ecclesia doceat ~~satis-~~
^{meritum} ~~sactionem~~ Christi fuisse superabundantem, imo infinitam. ^{u. 71} Eam
 vero non exaggerandam esse ex duplici capite suadet: primo,
 enim, res quo materialiores sunt, eo accuratius mensurari
 possunt sed, quo spiritualiores sunt, eo difficilius assignari
 potest quam unitate fiat mensura et quemadmodum determinatur
 quotuplex sit mensuratum; deinde vero cum haec commutativa
 iustitia non sit nisi improprie dicta, cum praeterea proportio
 causalis proprie dicta in multis exacte determinari possit,
 cum denique haec proportio causalis eidem comparationis fini
 accuratius inserviat, neque semper neque unice ad proportionem
 arithmeticas vel geometricas attendendum esse videtur.